Fragmentarium

Recte ortografie ratio que hic annotatur. ſicubi preuaricatur ignorantie
potius quam ſeruande traditioni imputetur. Oportet per unum .p. ſcriben-
dum est. unde et corripitur. Virgilius. Paſcere oportet oues. deductum
dicere carmen. Opportunus per duo .p. ſcribendum est unde et produ-
citur. Lucanus. Opportuna tamen ualli pars uiſa propinqui. In pre-
poſitio in compoſitis mutat .n. in .m. ſequente .m. ut .b. ut .p. ut im-
mitto. impono. imbibo. In aliis manet. ut incido. ingero. infero.
inquiro. inſequor. innitor. intromitto. Tranſit autem in .l. ſequente .l.
ut illido. illatus. In .r. ſequente .r. ut irrideo. Ad prepoſitio in compoſitis
mutat .d. in .c. ſequente .c. ut accubo. in .f. ſequente .f. ut affero.
In .g. ſequente .g. ut aggero. In .l. ut allido. In .n. ut annitor.
In .r. ut arrideo. In .s. ut aſſequor. In .p. ut appono. In .t. ut attero.
S equente .d. ut .m. manet. ut addo. admitto. Aufero non
componitur. ex ad. ſed ex ab. prepoſitione. Irritus componitur. ex in.
et ratus. quod corripitur. Irritu ex in. et ritu. quod producitur. Abſcindo
corripit penultimam in preterito. abſcidi. Lucanus. Abſcidit impulſu
uentorum adiuta uetuſtas. Nullo modo. ullo modo. Aliquo modo.
dua partes ſunt. quia ſine ſenſus confuſione interpoſitis aliis
partibus intelligi poſſunt. ut nullo enim modo. non ut diximus
ullo penitus modo. aliquo denique modo. Quod fieri non poſſet. ſi una pars
eſſet. Non enim dicimus do enim minus. do denique minus. ſed dominus enim.
dominus denique. Nullatenus. ullatenus. aliquatenus. correptam penulti-
mam habent. et ſub uno accentu pronunciantur. Huiuſmodi.
iſtiuſmodi. unam partem. et omnis generis eſſe. priscianus aſſerit. et
penultima corripitur in eis. Alioquin penultimam producit.
O ratius. Quod mechus foret. aut ſiccarius. aut alioquin. Circumcen-
ta ipſena. quam in aliis. eidem ubi modis .m. habet in ſcribendo. ſed
cauſa euphonie. ſubtrahitur in legendo. Reperio. repello.
duplicant .p. in preteritis. ut reppari. reppuli.

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 92.28, 1v – Hieronymus, Commentaria in Matthaeum; Orthographia Bernensis II; Augustinus, Enarratio in Psalmum CIII; Eugenius Toletanus, De decem plagis Aegypti (https://fragmentarium.ms/view/page/F-ciec/5286/50134)